Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



quando te uidimus esurientē · et pauimus: sitientem et dedimus tibi potū Quando aut te uidimus hospitē et collegimus te: et nudū: et cooperuimus te Aut quando te uidimus infirmū · aut in carcere et uenimus ad te Et rēdens rex dicet illis: Amē dico uobis: quā diu fecistis uni de hijs fratribus meis minimis: mihi fecistis Tunc dicet et hijs qui a sinistris erunt Discedite a me maledicti in ignem eternū: qui paratus est diabolo et angelis eius Esuriui enim: et nō dedistis mihi manducare Sitiui et nō dedistis mihi potum Hospes eram et nō collegistis me: nudus: et non operuistis me: infirmus et in carcere: et nō uisitastis me Tunc respondebunt ei et ipsi: dicentes Domine: quando te uidimus esurientē · aut sitientem: aut hospitē: aut nudū: aut infirmū: uel in carcere: et nō ministrauimus tibi Tunc respondebit illis dicens Amen dico uobis · quam diu nō fecistis uni de minoribus hijs: nec mihi fecistis Et ibunt hi in supplicium eternū: iusti aut in uitam eternam Offertorium

Reuela oculos meos et considerabo mirabilia tua dne ut doceas me iustitiam tuā da mihi intellectū ut discam mandata tua Secreta Acceptā tibi sit dne nr̄e deuotionis oblatio que et ieiunium nr̄m te operante sanctificet: et indulgentiam nobis tue consolationis obtineat Per dōm Voce mea ad dnm clamauit et exaudiuit me de monte sancto suo nō timebo milia plicantis me Complenda Salutaris tui dne munere satiati supplices exoramus ut cui letam gustu renouemur effectu Per Sup populū oro